

## ETA SIGMA PHI 76<sup>th</sup> Annual Latin Translation Contest (2026)

### Advanced Latin

To be written as an examination, under supervision, within a maximum of two hours. No lexicon or other help is permitted. Please write in ink on every other line of the paper provided. The only identification on the contest papers should be your pen name.

---

**In this excerpt from Book 2 of *Historia Naturalis* Pliny the Elder describes the world. Glossed words are marked in bold.**

1 Mundum et hoc quocumque nomine alio caelum appellare libuit, cuius circumflexu teguntur  
2 cuncta, numen esse credi par est, aeternum, inmensum, neque genitum neque interiturum  
3 umquam. huius extera **indagare** nec interest hominum nec capit humanae coniectura mentis.

4 Sacer est, aeternus, immensus, totus in toto, immo vero ipse totum, finitus ac infinito  
5 similis, omnium rerum certus et similis incerto, extra intra cuncta complexus in se, idemque  
6 rerum naturae opus et rerum ipsa natura.

7 Furor est mensuram eius animo quosdam agitasse atque **prodere** ausos, alios rursus  
8 occasione hinc sumpta aut ab his data innumerabiles tradidisse mundos, ut totidem rerum  
9 naturas credi oporteret aut, si una omnes incubaret, totidem tamen soles totidemque lunas et  
10 cetera ut iam in uno et inmensa et innumerabilia sidera, quasi non eadem quaestione semper in  
11 termino cogitationi occursura desiderio finis alicuius aut, si haec infinitas naturae omnium  
12 artifici possit adsignari, non idem illud in uno facilius sit intellegi, tanto praesertim opere.

13 Furor est **profecto**, furor egredi ex eo et, tamquam interna eius cuncta plane iam nota  
14 sint, ita scrutari extera, quasi vero mensuram ullius rei possit agere qui sui nesciat, aut mens  
15 hominis videre quae mundus ipse non capiat.

16 Formam eius in speciem orbis absoluti globatam esse nomen in primis et consensus in eo  
17 mortalium orbem appellantium, sed et argumenta rerum **docent**, non solum quia talis figura  
18 omnibus sui partibus vergit in sese ac sibi ipsa toleranda est seque includit et continet nullarum  
19 egens **compagium** nec finem aut initium ullis sui partibus sentiens, nec quia ad motum, quo  
20 subinde verti mox adparebit, talis aptissima est, sed oculorum quoque probatione, quod  
21 convexus **mediusque quacumque** cernatur, cum id accidere in alia non possit figura.

22 Hanc ergo formam eius aeterno et inrequieto ambitu, inenarrabili celeritate, viginti  
23 quattuor horarum spatio circumagi solis exortus et occasus **haut** dubium reliquere.

# ETA SIGMA PHI 74th Annual Latin Translation Contest (2024)

## Advanced Latin

### Notes and Vocabulary:

3

**indagare** *indago* (1) to follow a trail or scent, to investigate

7

**prodere** *prodo, prodere, prodidi, proditum* to put forth, to put to writing, to publish

14

**profecto** *profecto* adv. truly, really, indeed

17

**docent** Three different nouns are all subjects of this verb.

19

**compagium** *compages, -is* f. a joining together, connexion; fastener

21

**medius** *medius, -a, -um* in the middle; centered

**quacumque** *quacumque* adv. wherever; in every direction

23

**haut** = *haud*